Procedencia del presente documento: Archivo Real y General de Navarra
Referencia: Clero, Iranzu, leg.1 núm 25. caja 33906

sorigin = In nomine Sancte et individue Trinitatis Patris et filij et
Spiritus sancti. Ego Garsias Dei gratia Pampilonensis Episcopus divina presentati in-
tuitu bono animo et spontanea voluntate cum assensu etiam et suplicatione
Bernardi Prioris et totius Pampilone Capituli dono et concedo Monaste-

Nrō de Dranis et Monachis ibidem Deo servientibus tam presentibus
quam futuris illam nostram Villam de Albarrucea cum suis terminis
et cum Universis directis et pertinentijs quas habet et habere debet
et cum Eclesia Parrochiali et omnibus pertinentijs suis. Vt habeant
et possideant tam Villam quam Eclesiam integre et plenarie in per
petuum cum omni iure quod ibi habet et habere debet pamplon Eclesia
et Vt Villani ipsius Ville faciant eis omne debitum servitium quod fecerunt
et facere debuerunt pamplon Eclesie. In tuitu tamen pietatis cum asensu
~~tamen~~ Canonicorum remitto ipsis Villanis in perpetuum illam oppilariçatam
quam a Rege Sancio adquisiuimus sicut in instrumento quod eis concesimus
continetur. Remitto mihi preterea et Succesoribus meis in prefata Eclesia
procurationes — procurem Episcopem et Statuo post obitum meum in die aniuersarij mei
prenominati Monachi procurent canonicos annuatim in perpetuum sicut
in aniuersarijs aliorum Episcoporum fieri solet. Acta sunt hec in Capº
Pamplon Anno incarnationis Domini Mº CCº Lº in festo Apos-
tolorum Petri, et Pauli. Ego Garsias Pamplonensis Eps hanc meam
donationem hoc signo ✠ confirmo. Ego Berardus Prior hoc ✠ signo
corroboro pro toto Conventu. Ego Michael de Tudela pamplonensis Canonicus
de mandato Episcopi et Capituli hanc cartam scripsi
... tam futuris quam presentibus a ...

Procedencia del presente documento: Archivo Real y General de Navarra